

suis regnis et subditis veram et solidam ita conciliare, ut altissimis in utriusque principis pectora immisis radicibus, nullis deinceps turbinum procellis facile convellatur; nos itaque Guillelmus Cantuariensis archiepiscopus locius Angliae primas ac Apostolicae Sedis legatus, Thomas Dux Norf (*sic*) thesaurarius Angliae, Henricus marchio Exoniae, Carolus comes Edygorum dominus de Herberth et de Golbercamerrarius illustrissimi domini nostri regis Angliae, Ricus Eliensis episcopus, Thomas More miles Angliae subthesaurarius praefati invictissimi et potentissimi principis et domini nostri Henrici octavi Angliae et Franciae regis Fidei defensoris et domini Hiberniae consiliarii, oratores, commissarii, procuratores et ambassiatores sufficienter auctorisati pro firma pace amicitia et vera concordia inter eundem potentissimum et invictissimum Regem nostrum et Christianissimum et serenissimum principem Francorum Regem eiusdem domini nostri Regis consanguineum et fratrem charissimum eorumdemque subditos, allegatos et confoederatos, cum egregiis et magnificis viris domino Johanne Brivonense milite, domino de Villames et de Antolio senatus Rothomagensis primario praesidente cancellario Alanconii et consiliorum illustrissimae dominae Ludovicae in Francia regentis praeside, et Johanne Ioachin de Passano domino de Vaulx hospitii eiusdem illustrissimae Dominae magistro ordinario ac praedictae illustrissimae dominae Ludovicae in Francia regentis Christianissimi ac Serenissimi Francisci Francorum regis antedicti matris oratoribus, procuratoribus, commissariis et ambaxatoribus ad infrascripta sufficientem auctoritatem habentibus, ad honorem et laudem Dei Omnipotens, Gloriosissimae Virginis Mariae lociusque curiae coelestis et christianaे religionis exaltationem et incrementum, convenimus, concordavimus et conclusimus, atque auctoritate commissionum nostrarum, quarum tenores inferius inseruntur, per praesentes convenimus, concordamus et concludimus articulatum prout sequitur.

489 Imprimis, inter nos oratores praedictos convenutum, concordatum et conclusum est, quod omnes iniuriæ et molestaciones, offensæ, gravamina et dania quaecumque a tempore novissimi belli incepti et publicati per dictos illustrissimos et potentissimos principes Angliæ et Francorum reges aut eorum subditos terra marive, portibus maris vel acquis dulibus, ubicumque locorum commissa facta sive perpetrauta, remittantur, aboleantur et prorsus deleantur, ac per praesentes remittantur, aboleantur et prorsus delentur, ita quod neuter dicto-

rum principum eorumve subditus quicumque quiquam vultu, verbo, facto aut nutu eorum alteri, improprietatibus aut impingat; sed quod de coetero inter praedictos illustrissimos et potentissimos principes, eorumque haeredes et successores, vassallos, incolas et habitatores ac subditos quoecumque praesentes et futuros, tam ecclesiasticos, quam saeculares, cuiuscumque dignitatis, status, gradus aut conditionis existant, seu quacumque dignitate, statu, sive gradu praefulgeant, eorumque regna, patrias, terras et dominia, civitates, castra, territoria, villas, oppida et loca quaecumque modo per eorumdem aliquem habita, tenta, possessa et occupata sit, bona, sincera, vera, integra, perfecta, fidelis et firma amicitia, unio, liga et intelligentia, confoederatio et pax, per terram, mare et aquas dulces, portus maris et ubique locorum inconcusse et inviolabiliter observanda, et futuris temporibus perpetuo duratura.

Item, conventum, concordatum et conclusum est, quod neuter praedictorum illustrissimorum et potentissimorum Principum eorumque haeredum et successorum regna, patrias, terras, dominia, civitates, castra et territoria, villas aut loca quaecumque in praesencia ad alterum pertinencia sive spectancia hostiliter invadet aut expugnabit, aut a suis subditis aut stipendiariis sic invadi aut expugnari permettit; sed bona fide absque omni fraude et dolo realiter, expresse et cum effectu prohibebit et impediet, nec aliquis praedictorum illustrissimorum et potentissimorum Principum alicui alteri cuiuscumque gradus, status, aut conditionis existat, seu quacumque consanguinitatis aut affinitatis vinculo connectatur, aut quacumque dignitate sive spirituali 489 sive temporali praefulgeat, regna, patrias, terras, dominia, civitates, castra, territoria, villas, oppida aut loca quaecumque ad alterum praedictorum illustrissimorum et potentissimorum Principum modo ut praedicetur pertinencia sive spectancia invadenti aut expugnanti, invadere vel expugnare conanti, auxilium, favorem, subsidium, naves, pecunias, gentes armorum, victualia aut aliam assistenciam quaecumque, publice vel occulte, directe vel indirecte dabit aut praestabit, nec a subditi suis dari aut praestari consentiet aut permittit, conveminebit sed realiter expresse renitetur, prohibebit et effectualiter impediet.

Item, conventum, concordatum et conclusum est, quod pro tuacione conservacione et defensione personarum, auctoritatum et dignitatum praedictorum illustrissimorum et potentissimorum Principum, regnorum, patriarcharum, terrarum, dominorum, castro-